Doctrina haec manifeste in dialectica transcendentali
fundatur ut scientiae opposita. Cuid autem sit dialectica ex
philosophia Platonis exsterni potest ex quodam ex aspectu philoso-
phiae Platonis ostendi potest. Secundum Platonem, anim rerum et
sensibilium mundus ita est in perpetuo fluxu ut de eo nulla
scientia haberi possit, sed solummodo opinio. Scientia haberi
nequit nisi de formis a materia omnino separatis, quas olim
in alia existentia immediate contemplantur. In praesenti autem
existentia res sensibiles formarum separatarum reminiscuntur:
reminiscuntur inducunt in quantum formis istis aliquomodo
appropinquant. Res enim sensibiles solummodo ex contrariis
componuntur, i.e. ex forma quadam et ejus contrario quod est
privatio, in qua forma ut in materia recipitur. Conceptus
materiae ex negatione formae consurgit: ita negatio hominis
est non-homo; sed non-homo est omnino indeterminatum, ita
ut dici posset de ente et non ente: nam arbor est non-homo,
et non-ens est non-homo. Et exinde sequitur quod Plato ipsum
non-ens ut indeterminatum concipit; ergo privatio est non-ens,
et materia dicitur non-ens, et non-ens fit subjectum; ergo
in rebus sensibilibus datur contrarietas inter formam et ejus
subjectum, et exinde conflictus, qui, in quantum ratione materiae
indeterminationis ad quietem et certitudinem perducere nequit
objectivam perducere nequit, nec scientiam gignere potest, sed
opinionem quae est imitatio quaedam scientiae sicut et ipsae
res sensibiles sunt imitationes formarum separatarum. Nam
ut dicit etiam ipse divus Thomas de cognitione ~~reorum~~ contingentium
in quantum contingentia sunt: "quando inquisitio rationis usque in
ultimum terminum non perducit, sed sistitur in ipsa inquisitio
quando scilicet quaerenti adhuc manet via ad utrumlibet, et hoc
contingit quando per probabiles rationes proceditur, quae natae
sunt facere opinionem et fidem, non autem scientiam; et sic
rationalis processus distinguitur contra demonstrativum." (18)
Et talis est ~~dialecticus~~ processus dialecticus. *nulla*

Contra haec autem ex ipso jam Aristotele afferti possunt, quia
(a) Distinguendum est enim inter contradictionem et contrarie-
tatem. Nam contradictio est oppositio cujus non est medium
secundum se, unde necesse est aut affirmare, aut negare. Contrarietatem
autem convenit esse medium subjectum ut in privatione. Unde
non-ens simpliciter non est privatio, haec enim, ut caecitas, est
negatio in subjecto determinato. Ut divus Thomas explicat:
"Sed contradictio simpliciter in omnibus caret medio; et hoc
non habet ab alio, sed ex seipsa." (19) "Sic igitur oppositio
contradictionis est omnino immediata; oppositio vero privationis
est immediata in determinato susceptivo; non autem est immediata
simpliciter. Ex quo patet quod contrarietas, quae nata est habere
medium, propinquior est privationi quam contradictioni." (20)
Et ex hoc patet differentia inter propositionem dialecticam
et

et propositionem scientificam demonstrativam: "cum propositio (demonstrativa) accipiat alteram partem enunciationis, dialectice indifferentem accipit quancunque earum. Habet enim viam ad utramque partem contradictionis, eo quod ex probabilibus procedit. Unde etiam et in proponendo accipit utramque partem contradictionis, et quaerendo proponit. Demonstrativa autem propositio accipit alteram partem determinate, quia nunquam habet demonstrator viam, nisi ad verum demonstrandum." (21)

(b) Ulterius distinguit Aristoteles tria principia naturae contra Platonem qui ~~pariter~~ distinguit solummodo formam et privationem quam omnino identificat cum materia. Aristoteles vero ponit duo principia rei naturalis in facto esse et ~~quod~~ compositionem, scilicet materiam et formam; tria autem in ipso fieri: scilicet materiam et formam et privationem. Inter duo prima non habetur contrarietatem, sed solummodo inter formam et privationem. Nam materia est realis potentia ad formam, et in tantum est revera natura, i.e. principium et causa; privatio vero est principium, non autem causa. Materia est appetitus formae ex eo quod ordinatur ad formam sicut potentia ad actum. Si autem materia esset privatio, et forma contrarium materiae, sequeretur quod contrarium appeteret suae ipsius destructionem; forma ex appeteret corruptionem per se, et privatio esset causa formae: quasi non-ens esset causa entis, malum boni, turpe pulchri sicut quod tenetur a Carolo Marx. (22) Id vero quod appetit est materia ut subjectum aptum, non vero privatio quae a forma remove-

(c) Item distingui debet ~~contrarietas~~ contrarietas in rebus et contrarietas in mente: "forma quae est in anima, differt a forma quae est in ~~materia~~ materia. Nam contrariorum formae in materia sunt diversae et contrariae, in anima autem est quodammodo una species contrariorum. Et hoc ideo, quia formae in materia sunt propter esse rerum formarum; formae autem in anima sunt secundum modum cognoscibilem. Esse autem unius ~~contrarii~~ contrarii tollitur per esse alterius; sed cognitio unius oppositi non tollitur per cognitionem alterius, sed magis ~~juvatur~~ juvatur. Unde formae oppositorum in anima non sunt oppositae... Per essentiam enim ~~privatio~~ sanitatis cognoscitur infirmitas, Sanitas autem quae est in anima, est quaedam ratio, per quam cognoscitur sanitas et infirmitas; et consistit in cognitione utriusque." (23) Cognitio infirmitatis non destruit cognitionem sanitatis; at vero infirmitas in animali destruit ejus sanitatem.

(d) Adhuc distinguendum est in rebus naturae id quod est necessarium ~~ab eo~~ ab eo quod est revera contingens. Et iterum distingui debet inter cognitionem contingentis ut contingens est et contingentis ut aliquid necessarium habet. Ulterius dupliciter dicitur contingens in rebus naturalibus: primo id quod ut in pluribus contingit, et hoc est a natura; secundo id quod est a casu, i.e. a causa infinita et indeterminata. De eo quod est in natura necessarium habetur scientia; de eo quod est ut in pluribus opinio; de casualibus vero dubium. ~~Ita~~ (24) ~~Ita~~ solvitur problema ~~Heraclitii~~ Unde dialectica quae ex probabilibus procedit opinionem inducens non est nisi circa contingentia primae speciei.

(e) Ulterius distinguit Aristoteles scientias de ente naturae ut Metaphysica et Philosophia Naturalis, a scientiis quae sunt de ente rationis, ut Logica et Mathematica. Platonici vero semper rationibus logicis utuntur circa naturalia.

(f) Revera datur dialectica transcendentalis, sed distinguenda est omnino a Metaphysica, necnon a Logica ~~docenti~~ in quantum dialectica est logica utens ex probabilibus procedens. Et primo dicendum est quod dialectica sit communis sicut et ipsa

c(e) Ulterius distinguit Aristoteles scientias de ente naturae ut Metaphysica et Philosophia Naturalis, a scientiis quae sunt de ente rationis ut Logica et Mathematica. Et hoc ideo est, quia ens est duplex: ens scilicet rationis et ens naturae. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus quae ratio adinvenit in rebus consideratis; sicut intentio generis, speciei et similium, quae quidem non inveniuntur in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur. Et huiusmodi scilicet ens rationis, est proprie subjectum Logicae. Et ideo subjectum logicae ad omnia se extendit, de quibus ens naturae praedicatur. Unde concludit (Aristoteles), quod subjectum Logicae aequiparatur subjecto Philosophiae, quod est ens naturae." (25) E contra, Plato "ex hoc in sua positione erravit, quia credidit, quod modus rei intellectae in suo esse sit sicut modus intelligendi rem ipsam". (26) "Neque tamen oportet quod, si scientiae sunt de universalibus universalibus sint extra animam per se subsistentia, sicut Plato posuit. Quamvis enim ad veritatem cognitionis necesse sit ut cognitio rei respondeat, non tamen oportet quod idem sit modus cognitionis et rei; quae enim conjuncta sunt in re, interdum divisim cognoscuntur; simul enim una res est et alba et dulcis; visus tamen cognoscit solam albedinem, gustus solam dulcedinem." (27) Propterea Platonici non nisi logice inquirebant de rebus, quod est opus dialecticae quae quodammodo a logica distinguitur ut in sequenti dicitur.

(f) Secundum Aristotelem revera datur dialectica transcendentali sed distinguenda est omnino a Metaphysica, necnon a logica docenti in quantum dialectica est Logica utens ex probabilibus procedens. "Conveniunt autem (philosophus et dialecticus) in hoc, quod dialectici est considerare de omnibus. Hoc autem esse non posset, nisi consideraret omnia secundum quod in aliquo uno conveniunt: quia unius scientiae unum subjectum est, et unius artis una est materia, circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conveniant nisi in ente, manifestum est quod quod dialecticae materia est ens, et ea quae sunt entis, de quibus etiam philosophus considerat... Differunt autem ab invicem. Philosophus quidem a dialectico secundum potestatem. Nam majoris virtutis est consideratio philosophi quam consideratio dialectici. Philosophus enim de praedictis communibus procedit demonstrative. Et ideo ejus est habere scientiam de praedictis, et est cognoscitivus eorum ~~semper~~ certitudinem. Nam certa cognitio sive scientia est effectus demonstrationis. Dialecticus autem circa omnia praedicta procedit ex probabilibus; unde non facit scientiam, sed quandam opinionem... Philosophus igitur ex principiis ipsius (entis naturae) procedit ad maxime ~~maxime~~ probandum ea quae sunt considerata circa huiusmodi communia accidentia entis. Dialecticus utem procedit ad ea consideranda ex intentionibus rationis, quae sunt extraneae a natura rerum. Et ideo dicitur quod dialectica est tentativa, quia tentate proprium est ex principiis extraneis procedere!" (28)

(g) Ex his igitur patet distinctio inter logicam et dialecticam. "Sciendum est quod alia ratione dialectica est de ~~maxime~~ communibus et logica et philosophia prima. Philosophia enim est de communibus, quia ejus consideratio est circa ipsas res communes, scilicet circa ens et partes et passiones entis. Et quia circa omnia quae in rebus sunt habet negotiari ratio, logica autem est de rationibus operationibus rationis; logica etiam erit de his, quae communia sunt omnibus, id est de intentionibus rationis, quae ad omnes res se habent. Non autem ita, quod logica sit de ipsis rebus communibus, sicut de subjectis. Considerat enim logica, sicut subjecta, syllogismum, enunciationem, praedicatum, aut aliquid huiusmodi. Pars autem logicae, quae demonstrativa est, est etiam

Enzo
circa communes intentiones versatur. ~~Monstrum~~ dependendo, tamen
usus demonstrativae scientiae non est in procedendo, ex his
communibus intentionibus ad aliquid extendendum de rebus,
quae sunt subjecta aliarum scientiarum. Sed hoc dialectica
facit, quia ex communibus intentionibus procedit arguendo, dialecticus
ad ea quae sunt aliarum scientiarum, sive sint propria
sive communia, maxime tamen ad communia. Sicut argumentatur
quod odium est circa in concupiscibili, in qua est amor, ex hoc
quod contraria sunt circa idem. Est ergo dialectica de communibus
non solum quia tractat intentiones communes rationis, quod est
commune toti logicae, sed etiam quia circa communia rerum
argumentatur." (29) Unde "in parte logicae quae dicitur demonstrativa,
solum doctrina pertinet ad logicam, usus vero ad philosophiam
et ad alias particulares scientias quae sunt de rebus naturae.
Et hoc ideo, quia usus demonstrativae consistit in utendo
principiis rerum, de quibus fit demonstratio, quae ad scientias
reales pertinet, non utendo intentionibus logicis. Et sic apparet
quod quaedam partes logicae habent ipsam scientiam et doctrinam
et usum, sicut dialectica et tentativa et sophistica; quaedam
autem doctrinam et non usum, sicut demonstrativa." (30) Dicit
enim divus Thomas quod dialectica habet ipsam scientiam, non
inquantum est utens ex probabilibus procedens, sed inquantum
ipsa est docens, id est inquantum ostendit demonstrative
quomodo in singulis scientiis ad conclusiones probabiles
perveniri potest; inquantum vero est utens, recedit a modo
scientiae.

(h) Unde in investigatione naturae possunt dari rationes
naturales seu scientificae, sed etiam rationes logicae seu
dialecticae. "Dicuntur autem (haec) rationes logicae, non quia
ex terminis logicis logice procedant, sed quia modo logico
procedunt, scilicet ex communibus et probabilibus, quod est
proprium syllogismi dialectici... Attendum est autem quod
istae rationes sunt probabiles, et procedentes ex iis quae
communitur dicuntur." (31) Platonici non nisi rationibus
logicis intendunt in naturalibus, quia de iis scientiam haberi
non posse contendunt. Unde eorum philosophia naturalis est
revera ars dialectica. (32)

Quantum vero ad secundum, ubi Marx dicit quod solutio
contradictionum theoricarum, i.e. speculativarum, non nisi via
practica, i.e. per artem practicam, haberi potest, dicendum
est quod si negatur scientia, et si solum retinetur dialectica,
omnino rigore conclusit. Nam dialectica nunquam ad plenam
certitudinem ducere potest. "Scire, dicit Marx, utrum mens humana
veritatem attingere possit, objectivam attingere potest, non est
quaestio thetica, sed est practica. Homo praxi veritatem
demonstrare debet, i.e. realitatem, potentiam, et certitudo
mentis ejus. Unde controversia de realitate vel non-realitate
mentis ejus — a praxi separata — est quaestio mere scolastica!
Inquantum haec fundantur in negatione primatus scientiae
speculativae, bene concludit. Nam quomodo ea quae de se non
habent certitudinem objecti, i.e. propter incertitudinem sui
esse, quomodo ista cum certitudine cognosci possent? Quis
cognoscit futura contingentia plena, cum ~~non~~ certitudine?
Cognoscit ea Deus quia ipse est eorum causa, quia ipse ea
facit. ~~Nemo enim~~ Omnes enim res naturales productae sunt
ab arte divina; unde sunt quodam modo artificatae ipsius Dei. (2)

Ergo

Unde si homo ex seipso de iis quae speculative non nisi cum certitudine cognosci nequeunt, ad certitudinem tamen pervenire desiderat, quasi creator mundum facere deberet. Et haec est doctrina materialismi dialectici. Et in hoc differt ab aliis doctrinis materialisticis. "Defectus omnis praeteriti materialismi in hoc consistit quod objectum, realitas, materialitas, solummodo ut objectum ab eo consideratur, considerantur sub specie objecti vel intuitus considerantur, et non ut hominis activitas sensibilis, ut praxis, et non subjective." (35) Et sic^a Marx hominis activitas practica quasi causa objectivitatis habetur. Unde finis totius philosophiae non est ut in anima describatur totus ordo universalis, et causarum ejus, sed ipsa transformatio mundi per viam praxis. (36) In scientiis enim factivis, i.e. in artibus, finis est quasi constructio ipsius subjecti. Marxismus ergo est revera negatio omnis objecti mensurantis et speculativi intellectus. Et hoc recte sequitur si negatur scientia, et non nisi dialectica retinetur: tunc enim non nisi per praxim ad certitudinem perveniri potest.

(b) Revera inter scientiam et opinionem contrarietas habetur, ~~namque~~ quae similis est contrarietati in rebus, ita ut una aliam destruat. Nullus enim de eodem secundum idem potest simul habere scientiam et opinionem. (37) Hanc autem contrarietatem Marx per viam praxis superare contendit, quia hoc modo de contingentibus certitudo haberi potest.

3. Dialectica Caroli Marx est materialismus. Cur autem doctrina haec omnino materialistica esse debet ex praecedentibus de facili ~~ostenditur~~ ostenditur. Id enim quod ab arte humana practica maxime transformari potest est materia ratione suae potentialitatis passivae. Atqui, si potestas humana practica ad omnia se extendere debet, oportet quod omnia omnino de se transformabilia sint, et quod omni naturae ~~art~~ forma artificialis imponi possit. Et in hoc etiam differt maxime differt materialismus dialecticus ab aliis doctrinis materialisticis. Deducitur enim quasi conclusio necessaria ex dialectica abstracta: necessitas praxis deducitur ex inadequatione rationum logicarum; ex necessitate praxis deducitur necessitas materiae; ex negatione omnis objecti deducitur transformabilitas totius entis, i.e. materialitas omnis esse.

Quia autem materialismus dialecticus omnem mensuram ab objecto rejicit, omnis determinatio quasi contrarium rejiciendum considerari debet. Ius igitur ars practica nullo modo nec naturam nec ideas imitare contendit. Natura enim, inquantum determinata est ad unum, est quasi obstaculum impositioni artis resistens. Similiter ipsae ideae inquantum homo ab eis quasi ab extrinseco determinatur, rejiciendae sunt, et ut earum omnino quasi prima causa sit homo interire debet.

7. Quomodo homo ipse omnis determinationis causa totalis fieri posset? Omnia per libertatem suam determinando. Unde libertas et natura sunt quasi contrariae per libertatem natura materia ab omni determinatione denudanda est: ut nil amplius libertati resistat. Et ex hoc sequitur quod materialismus dialecticus est voluntarismus et liberalismus absolutus. (38)

Non rogat igitur naturam ut factum, sed eam considerat ut contrarium transformandum. Ipse homo est natura quaedam: sed ad hoc ~~avanciri~~ pervenire oportet ut homo seipsum faciat. Atqui homo seipsum facere incipit quando ipse producit media ad seipsum sustinendum, et ad hoc pervenire debet ut quasi totus a seipso in seipso subsistat. Et per hanc viam homo suam essentiam appropriatur. (39) Unde homo est suus finis. Et ideo marxismus vocatur radicalis: "Radicalis, i.e. res per eam radicem sumere. Atqui homini radix nil aliud est quam ipse homo." (40) Unde recte dicitur quod marxismus est humanismus radicalis.

Ex his omnibus facile intelligitur cur marxismus sit atheismus.

8287
4. Materialismus dialecticus est voluntarismus absolutus. Quia autem materialismus dialecticus omnem mensuram ab objecto rejecti omnis determinatio, quasi contrarium reificiendum resistendum estimatur. Ius igitur ars practica nullo modo naturam imitare contendit. Natura enim, in quantum determinata est ad unum, quasi obstaculum est impositioni artis resistens. Unde materia ab omni determinatione naturali demandanda est, ita ut voluntati nostrae quasi ad quicquidlibet rutilum obediat, ut quodcumque ex quocumque facere valeamus. Et per hanc viam homo omnis determinationis causa prima et totalis fieri conatur. Et quia objectum concipitur ut contrarium auxilium voluntati resistens, voluntas, extra omnem mensuram, semetipsam mundo imponit; unde materialismus dialecticus est voluntarismus liber illismus absolutus.

Ut apud Platorem, materia igitur solummodo ut privatio consideratur, et est ut privatio conditio exercitii libertatis; ~~forma~~ igitur ~~est~~ contrarium forma vero, et materia ut natura, quae apud Aristotelem ~~quasi~~ ~~divina~~ ut quid divinum reputantur, apud Marx potius malum sunt. (38) Non tamen negat Marx naturam ut factum, immo ut contrarium dialecticum necessaria est, sed hoc non nisi sicut apud Aristotelem privatio necessaria est quantum ad fieri entis mobilis. Natura igitur est quasi "vis aliena et inimica voluntati hostis". (39) Sed ut princip conflictus extra quem nihil novi fieri posset necessaria est.

"Regnum libertatis, dicit Marx, incipit ubi ~~regnum~~ ~~exterioribus~~ exterioribus determinatur: ex ipsa rerum indole, (regnum istud) est extra ambitum productionis materialis. Homo civilis, sicut incultus, contra naturam pugnare debet ut necessitatibus vitae provideat; et necesse debet in quocumque forma societatis et in quocumque modo possibili productionis. ~~Regnum~~ ~~exterioribus~~ exterioribus illud regnum necessitatis naturalis ~~exterioribus~~ exterioribus incrementum illud cum hoc progressu incrementum et ~~regnum~~ ~~exterioribus~~ illud regnum necessitatis naturalis et ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ istae indigentiae: sed et ipsae vires productivae incrementum similiter incrementum, quae indigentiae ~~exterioribus~~ istis satisfaciunt. Libertas in hac parte consistit in hoc: homo in societate vivens, productores associati, secundum rationem hanc permutationem ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ tertiales cum natura regulant, et suo dominio colectivo submittunt, pro eo ut ipsi ab ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ permutatione quasi a potentia caeca dominantur. Quod ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ per minimum coratum in conditionibus quae humanae naturae maxime dignae sunt ipsaeque ad ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ sed regnum aliquod necessitatis ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ semper. Sed ultra hoc regnum incipit incrementum virium hominis, qui est sibi metipsi finis, qui ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ verum regnum libertatis est, quod tamen ex crescere non, ut nisi fundetur in regno isto necessitatis." (40)

5. Marxismus est humanismus integralis. Ipse homo est natura quaedam, et secundum hoc sibi metipsi alienus est: sed ad hoc praxi pervenire debet ut homo seipsum faciat. Atque homo, dicit Marx (41) seipsum facere incipit quando ipse producit media ad seipsum sustinendum, et ad hoc ipse debet ut quasi totus a seipso in seipso subsistat. Per hanc viam homo suam propriam essentiam appropriatur. In quantum igitur suus ipse artifex est,

et necessaria hominum activitatis vitalis materialis, ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~ constant conditionibusque materialibus ~~exterioribus~~ ~~exterioribus~~

see 8 b

unde ethica, politica, metaphysica, etc. Voluntas adeo omni determinationi opponitur ut etiam
ideae non solum speculativae sed et etiam practicae plenum
exercitium libertatis impediunt. Homo ad hoc pervenire
debet ut ipsa principia facere valeat. Praxis explicanda non est per ideam, verum
formatio idearum per praxim materialiam explicanda est". (40b) Ideae igitur quasi emanationes sunt
contradictionis et activitatis materialium, et istarum
complementa; quasi nubes cerebri quodammodo inevitabiles,
non potest tamen homo semetipsum in ipsas convertere ne
a vita et realitate avertatur. (40c) Unde activitas practica
non debet esse executio idearum exemplarium; e contra,
ideae ex ipsa activitate practica oriuntur quasi decisiones
relinquendae in quantum hominem fingere possent.

Voluntas adeo omni determinationi opponitur
ut ideae etiam exemplares plenum exercitium libertatis
impediunt. "Praxis explicanda non est per ideam, verum ipsa
idearum formatio per praxim materialiam explicanda est". (40b)
Unde possibilia etiam ut possibilia sub omni respectu
fabricanda sunt. Activitas ergo practica non debet esse
executio idearum exemplarium; e contra, ideae ex ipsa acti-
vitate practica et materialibus procedunt
contradictionibus et activitate materialibus ut complementa. Hae ideae nubes cerebri extant in quas
homo seipsum convertere non potest ne a vita et realitate
avertatur. Ideae quando ut objecta considerantur sunt
merae fictiones vacuae hominem a seipso alienantes ac
progressum retardantes. (40c) "Productio Idearum, Representationum,
conscientiae, primo in activitate materiali implicata est et
in commercio materiali hominum, expressio vitae realis.
Representatio, Cogitatio, commercium spirituale hominum etiam
hic apparent ut immediata emanatio activitatis earum
materialis. Idem dicendum est de productione spirituali,
secundum quod exprimitur politicae locutione, legum, ethicae,
religionis, metaphysicae, etc., alioque populi. Homines ipsi
suarum representationum, idearum, etc. productores sunt;
sed homines reales, agentes, conditionati
determinato progressu eorum virium productivarum et commercii
illis correspondentis... Conscientia nil aliud esse potest
quam ens conscius, et ipsum esse hominis nil aliud est quam
ejus realis activitas vitalis. Si in omni ideologia, homines
eorumque relationes mutuae quasi inversa apparent sicut in
camera obscura, hoc phenomenon non minus
naturaliter ex eorum historia defluit quam inversio objecti
in retina ex eorum natura physica. Philosophiae germanicae
modo omnino opposito procedens, ista enim de coelo in terram
procedit, hic vero de terra in coelum proceditur. Idest non
incipitur ab eo quod homines dicunt, imaginantur, representant,
vel ab hominibus dictis, imaginatis, representatis, ut
ex his ad hominem vivens perveniatur; sed incipitur ab hominibus
realibus, agentibus, ab activitate vitali et reali, exponitur
evolutio reflectionum et repercussionum ideologicorum
istius activitatis vitalis. Nubes cerebri humani sunt
complementa necessaria hominum activitatis vitalis materialis,
quae empirice constant conditionibusque materialibus annexa.

8c

Unde ethica, religio, metaphysica et alias ideologiae, necnon
formae conscientiae istis correspondentes non amplius apparen-
tiam autonomiae conservant. Historiam non habent, nec crescunt;
nam homines productionem materialem et commercium materiale
augentes, simul cum hac realitate mentem modificant sicut et
artefacta mentis (produits de la pensée). Non igitur conscientia
vitam determinat, sed vita conscientiam. In primo casu (in idealis-
mo) incipitur a conscientia sicut ab individuo vivente; in secundo
ab individuo viventi reali et conscientia ejus ut sua
consideratur (ut conscientia ipsius individui quia seipsum
practice manifestat.) (40a)

95-10

est etiam suus finis. (42) Et ideo marxismus vocatur radicalis. "Radicalis, id est, per radice[m] suam, atqui hominis radix nil aliud est quam ipse homo." (43) Et si quis seipsum facit, ut circa verum se habeat, et se ipsum experiri, est hominis finis. (44) "Activitas et passio humanae, humaniter consideratae, nil aliud sunt quam delectatio, quam homo sibi ipsi largitur." (45)

Quantum homo ab extrinseco determinatur, quantum objectum humanum iste integrum dicitur, quia aliquod agnoscere debet, sibi ut ipse quasi alienus est, seu a seipso alienatus. Et ideo ut seipsum semper immediatius experiri possit, a quocunque determinatione, sive propria, sive aliena, seipsum liberare debet. Ut semper perfectius sibi metiatur inhaereat, ab omnibus, sive propriis, sive alienis determinationibus privari debet. Et quidquid largo possideat, et a quo usque modo privari non potest, hoc tamen ad ulteriorem privationem ordinari debet. "Essentia humana in hanc absolutam paupertatem incidere debet, ut ad hoc perveniat quod ex seipso sua propria divitas nascatur." (47)

Propterea religio et proprietas quibus homo objecto alieno inhaeret, rejiciendae sunt. "Religio non est nisi sol fictivus circa hominem revolvens, quando homo adhuc circa seipsum revolvere nequit." (48) "Critica religionis conducit ad doctrinam secundum quam homo est homini ens supremum." (49)

Marxismus igitur eo magis atheismus absolutus est quam Deus est maxime objectum et maxime transcendentalis. Homo est suprema manifestatio totius realitatis, mundumque transformando privatione et libertatem imponendo, semetipsum magis magisque appropriatur. Et propterea humanismus integralis dicitur quia homo semetipsum ex seipso et propter seipsum facit, rejiciendo omnia quae seipsum transcendent et quae hominem extra seipsum trahere possent. "Conscientia humana est suprema divinitas, haec divinitas nullam aemulationem tolerare potest." (50)

XXXXX

6. Marxismus est materialismus historicus. "Integra historia nil aliud est quam continua transformatio naturae humanae." ("Historia non utitur homine ut in es suos asse uatur — at si historia esset persona quaedam independens — nam historia nil aliud est quam homo activitatis hominis fixae ejus fines suos prosequentes: homo, homo realis, homo vivens, est qui facit, qui possidet, qui pugnat." (52) Sic loquitur Marx quia agit contra idealistarum conceptionem historiae ut processus logicus, ac si omnia mente nostra intelligibilia essent. fixae ejus fines marxismus probabilis universalis est. Cum mundus non nisi ex contrariis constituatur, motuique universali subjectus, nulla ab eo vera abstractio fieri potest. Unde historia quae aliud esset quam ipsa activitatis practica quae mundum realiter transformat, esset alienatio, et mere speculativa. Marxismus igitur remota contingencia agnoscit magnam contingentiam processus historici, et in hoc non omnino decipitur. Sed ex hoc ulterius concludit ad vanitatem scientiae speculativae, et ad inole[m] mere practica[m] omnis fieri quod assequi nequit nisi cognitione practica, quae ipsum fieri producit. Ut igitur homo revera humana sit, oportet ut homo eam faciat.

"Primum principium totius humanae existentiae, ergo totius historiae, est quod homines debent vivere ut historiam facere possint."

Proprietas tamen ratione generali a marxismo rejicitur. Id enim quod homo sibi appropriare debet est ipsa sua essentia. Quodcumque aliud enim hominem a seipso alienat. Non fructus laboris, sed activitas qua producitur approprianda est. (Citer 229, 232, 233). Unde essentia humana ab omni objecto exteriori magis magisque privari debet, ut ex seipso omnis ~~mixtura~~ sua divitas intrinseca suscitetur. (233) Unde homo agit, non ut sibi aliud appropriet, sed ut semetipsum in praxi appropriet: alienatio ~~praxi~~ praxi absolvitur. (204)

Communismus autem hoc ~~mixtura~~ habet specificum quod omnino proxime proprietatem privatam alienat, et simul ejus dictatura ~~mixtura~~ ad societatem sine classibus conducit. (199)

Ipsae autem communismus nil absoluti habet: non est nisi synthesis provisoria ~~mixtura~~ qua stabilita aliud contrarium suscitabit. Quid autem erit haec nova privatio dici nequit. Processus enim est dialecticus, certitudinemque habere nequit. "Ipsae communismi conceptiones theoreticae communismi non in ~~principiis~~ ideis vel principiis fundantur, sed expressiones sunt conditionum quae de facto existunt." (224)

Progressus autem non omnino a casu fit. Vis enim productionis est potentia acquisita, et quasi producta ab anteriori activitate. Et in tantum homines ~~libere media~~ libere media productiva eligere non possunt. Ex hoc habetur quaedam continuatas in historia. (141)

10. Materialismus dialecticus primatum operis manualis profiteri debet. "Tota historia nil aliud est quam continua transformatio naturae humanae". (1) Naturae humanae transformatio fit materiam practice transformando. Practica autem materiae transformatio immediate opere manuali fit. Unde in ordine operativo opus manuale primatum tenet. Ergo, id quod secundum nos in ordine entitativo infimum est, scil. materia, et id quod in ordine operativo etiam infimum locum tenet, scil. opus manuale, a marxismo suprema esse dicuntur, ita quod etiam apud materialistas dialecticos agere a gradu et tunc esse specificetur. Omnis igitur activitas, et omne objectum ab opere manuali specificatur: opus manuale est eorum valoris ("valeur") mensura. Cum autem opus manuale omnia specificet, ipsum autem a nullo mensuretur, in seipso nec diversificari potest, et ideo omnis valor factibilium a tempore quo in fabricatione utitur mensuratur: tempus productionis est igitur mensura valoris, quantum ad plus vel minus.

Objecta autem quae ab opere manuale fabricantur non sunt finis operationis: finis enim operationis est appropriatio essentiae humanae suae ipsius appropriatio: una ipsa operatione, et non ejus producto, homo semetipsum acquirit. Ad hoc igitur perveniri debet quod opus manuale ut activitas fundamentalis emancipetur et omnis homo manualis artifex fiat. ("travailleur"). (2) Et opus manuale ut activitas, prima vitae necessitas fieri debet. (3)

Sicut et natura in mundo obstaculum, seu contrarium dialecticum artis est et libertatis, ita et institutiones naturales societatis et gradus in societate, obstacula hujus emancipationis reputantur. Hae autem divisiones, dicit Marx, in legibus naturalibus et aeternis fundantur. Sed in materialismo dialectico omne naturale et immobile est contrarium superandum. Unde hae divisiones et hierarchia in societate supprimi debent. Et in hac ab omnibus determinationibus naturalibus sive socialibus emancipatione libertatis progressus consistit. Unde omnis doctrina rejicienda est, et in practica revolutione inniti debet. (4) Historia societatis nil aliud est quam historia conflictus "des classes". (5)

In quantum igitur natio, seu patria naturalis, aliquid naturae retinet, inimica est, et supprimi debet. Et in hoc fundatur marxismi internationalismus, non autem in naturae humana intellectualitate, quae intellectualitas quamquam limites naturae excedat, non autem contra naturam est. (6)

Distinctio classium est quasi fixatio activitatis progressum impediens, et voluntatis imperio resistens. (Citer page 203, "La division du travail....", à p. 204 "qu'à deux conditions pratiques")

(1) MC, 75.

(2) MC, 202.

(3) MC, 231.

(3b) MC, 134.

(4) MC, 135.

(5) MC, 150.

(6) MC, 171, 195.

peritus

Marxismus et Communismus.

Marxismus et communismus saepe saepius identificantur, quae confusio ab ipso Marx jam rejicitur. "Communismus est ~~"phase"~~ *periodus* realis renascentiae humanae, ~~"phase"~~ necessaria evolutioni historiae proxima. Communismus est forma necessaria et principium potentissimum proximi futuri. Sed communismus non est, ut tale, finis evolutionis humanae, — non est nisi forma quaedam societatis humanae." (7) Non est nisi momentum aliquod dialecticum, est scilicet synthesis duorum contrarium, quae facta aliud contrarium suscitabit.

Contraria in quibus communismus fundari debet sunt ex una parte capitalismus "bourgeois", qui habentibus proprietatem constituitur, et ex alia parte, ex eorum contrario et proprietatem indigentibus, scilicet ex proletariis. Capitalismus est igitur thesis, cui privatio proletariatus opponitur. "Systema appropriationis capitalisticae profluit ex modo productionis capitalisticae, ergo proprietates capitalisticae privatae, prima negatio est proprietatis privatae ~~individualis~~ individualis, in personali labore fundata. Sed capitalistica productio generat, necessitate naturalis processus, ~~ex~~ suipsum ~~negationem~~ negationem. Est negatio negationis." *Mercin*

"Lex appropriationis, seu lex proprietatis privatae quae fundatur in productione et circulatione ~~"commoditatis"~~ "commoditatis", immediate seipsam transformatur in suum contrarium, ipsa sua dialectica interna et inevitabili....." (cf. suite p. 148-149).

Cum enim secundum Marx privatio principium est fecunditatis, ex ipsa privatione bonum procedere debet. Unde classis privata, seu proletariatus insurrectionem inducere debet, in quantum privatus est. "...Semper ~~quod bonum malo superatur~~ quod bonum malo ~~superatur~~ superatur. Pars mala producit motum, qui facit historiam litem constituendo." (MC, 156) Unde reformatio potentia infirmorum exsequi debet. ~~"Reformationes sociales numquam infirmitate fortium exsequitur, sed infirmitate potentia infirmorum."~~ (197) "Proletariatus potest et debet seipsum liberare". (MC, 165).